Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et notos. Et non inuenientes regressi sunt in eum requirentes
eum. Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo
sedentem in medio doctorum audientem eos et interrogantem illos. Et
perbant autem omnes qui eum audiebant super prudentia et responsis
eius. Et uidentes admirati sunt. Dixit autem mater eius ad illum. Fili
quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes querebam
te. Et ait ad illos. Quid est quod me querebatis? Nesciebatis quia
in his que patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt
uerbum quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis et uenit
nazareth et erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia
uerba hec conferens in corde suo. Et ihesus proficiebat sapientia
et etate et gratia apud deum et homines. Ad Romanos

Fratres. Omnis quicumque
Sed illo tempore. Venit ihesus a galilea in iordanem ad iohem ut baptiza
retur abeo. Johnes autem prohibebat eum dicens. Ego autem debeo bap
tizari et tu uenis ad me? Respondens autem ihesus dixit ei. Sine
modo sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit
eum. Baptizatus autem ihesus continuo ascendit de aqua. Et ecce
aperti sunt ei celi et uidit spiritum dei descendentem sicut columbam et uenien
tem super se. Et ecce uox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus
in quo mihi complacui.

Res. Gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu xpo.
Primum quidem gratias ago deo meo per ihesum xpm pro omnibus
uobis quia fides uestra annunciatur in uniuerso mundo. Testis enim
mihi est deus cui seruio in spiritu meo in euangelio filii eius quod sine intermissio
ne memoriam uestri facio semper in oracionibus meis obsecrans si
quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in uoluntate dei ueniendi
ad uos. Desidero enim uidere uos ut aliquid impertiar gratie ue
stre ad confirmandos uos. id est consolari simul in uobis per eam que
in uicem est fidem uestram atque meam. in xpo ihesu domino nostro. Matheum.
Sed illo tempore. Cum audisset ihesus quod iohes traditus esset secessit in galileam.